

EDICTA SEV A.
DECRETA VETERVM
Imperatorum ac Jurisconsul.
in Tit.de Pactis.ff.& C.
nunc primum in
artem dige-
sta

PETRO CORVESIO AVTORE,

*Ad illustrem Franciae Vicecancellarium
Dn.Ioannem Bertrandum.*



L V G D V N I,
Apud Ioan.Tornæsum,& Gul.Gazeium.
M. D. LII.

PROOEMIVM.



I ex fine muneris seu
artificij cuiuslibet, me-
tienda & aestimanda
est vis ac effectus, arti-
ficiis ipsius: ut pote qui,
& quatenus ad eundem valeant vel
non valeant, quid praestent vel non
praestent singuli, quatenus accedat pro-
posito suo in unaquaq; scopo, hic aut
ille, & quatenus distent alij vel longè
absint ab eodem, exemplo patenti &
manifesto à sagittarijs, in animum no-
strum, & nostram notitiam induci
potest: quando quidem signo ad ia-
culandum in communi proposito, ad
omnium quotquot iaculantur com-
mune vel exercitium vel periculum,
non obscurum est nec ambiguum dis-

A , cernere,

IN TITVLVM²¹ DE PACTIS.

*

TRACTATVS AD METHODVM.



OMINA si sic sunt imposta rebus, ut parte aliqua consonent cum eisdem, aut earum significatum aliquem exprimant, ut plurimum: quando verisimile est inuentores ipsos primos motos ad hæc, eiusmodi occasione vel ansa aliqua, aut alioqui à casu & fortuitò multa imposta esse, existimandum erit; non perperam fiet, neq; absurdum reputabitur, si tractaturi de pactis, exigamus ab hoc nomine in primis, quid ipsum in hoc tractatu innuat, seu quid sua voce, nobis conjecturandum indicet: &c, si quidem similitudine vocis, ab ethimologia vocabuli ratiocinandum esset, ut pactum idem constituantur esse quod placitum, citra quoduis discrimen hallucinari forte extra rem nostra hæc oratio possit, ubi maximè notum est quibusuis, isthæc

B 3 ipsa,